



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Maria Magdalena, peccatrix publica. Ivij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

ratus, sed eius fidem imitatus: ut sicut Abraham terram, cognationem, domumq; paternam, ob spem futura hereditatis Domino iubente deseruit: ita et ille, quo thesaurum in celo acquireret, bona sua pauperibus partienda reliquit. Dixerat enim: Ecce dimidium bonorum meorum Domine do pauperibus. & si quid aliquem defraudari, reddo quadruplum. Et pulchre dicit, ET IPSE: ut non solum eos qui iuste perseuerant, sed & eos qui ab iniustitia respiscunt, ad filios promissionis pertinere declararet. Et claudit Christus hanc historiam dulcissima sententia, Venit filius hominis querere & saluum facere quod perierat. Hoc est quod alibi dicit: Non veni vocare iustos, sed peccatores. Pius sane magister, qui murmurantibus turbis sua mysteria non dedignatus exponere: adeo scilicet peccatorum poenitentiam non esse respuendam, ut ipse Dei filius ob hanc maxime querendam sit destinatus ad terras. Qui ut pietatis sua nobis dispensationem inculcet, sapissime se filium hominis appellat: commendans solliciti nobis, quod factus est benigne pro nobis.

MARIA MAGDALENA PECCATRIX.

CAPVT

LVIII.

Mat. Marul.
Euangel. lib.
1. cap. 1.

Nunquam veniam desperabis o peccator: si & istorum iam commemoratorum crimina, & Domini erga ipsos benignitatem & misericordiam recte mensuraueris. Sed fortasse dices, Non solum graua & horrenda sunt peccata mea: verum etiam plurima & innumerabilia. Igitur ne multitudo criminum spei tua detrimentum faciat: respice mulierem illam, cui quotidiana delicta PECCATRICES cognomen indiderant. Videntes tot flagitiorum se premi tam infeliciter, accessit ad IESVM: lachrymis pedes eius lauit, capillis deterisit, vultu perfudit: & statim mortifero fasce lenatur, &

dimi-

domittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Spera itaque & tu in Domino: ora cum Propheta & dic: Misere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam: & secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam: ut misericordia magnitudo magnitudinem peccatorum, & miserationum multitudo, multitudinem tollat delictorum.

Psal. 50.

MULIER ADULTERA.

CAPVT

LIX. Ioan. 8. Leuit. 20.

Adducunt ad Iesum Scribae & Pharisei mulierem in adulterio deprehensam: & statuerunt eam in medio, & dixerunt ei. Magister, hac mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem Moses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum: ut possent accusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. Cum ergo perseverarent interrogantes eum: erexit se, & dixit eis. Qui sine peccato est vestrum, primus in illa lapide mittat. Et iterum se inclinans, scribebat in terra. Audientes autem, unus post unum exiebant, incipientes a senioribus: & remansit solus Iesus, & mulier in medio stans. Erigens autem se Iesus, dixit ei: Mulier, ubi sunt qui te accusabant? nemo te condemnavit? Que dixit: Nemo Domine. Dixit autem Iesus: Nec ego te condemnabo. Vade, & iam amplius noli peccare. O quam es in misericordia diues, quam magnificus in iustitia, in gratia quam munificus Domine Deus noster? non est qui similis sit tibi. Gratis respicis humiles: iuste indicas innocentes: misericorditer saluas etiam peccatores. Nec ego te condemnavo, inquit: vade & amplius noli peccare. O vox misericordia: o auditus letitiae salutaris. Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speravi Domine. Sola nimirum spes apud te

Bernard. ser. 1. de Anunciat. Mat.

Psal. 142.

M 2 misera-